

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

5. In Nomine Iesu morbi ab Apostolis curati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

Cap. XL. Vigesima' prima' morb. causs. varia opera pietatis. 437
nec umquam ibi usque nunc super aliquem lepra morbus apparuit.
Quis umquam Hercules adeò fuit alexicacus, ut Sanctus iste?
Sed fidem exegit: & fidem integrum antè habere voluit, quām
conferre integrum sanitatem. Est quidem ita, non omnes, qui
vera fide credunt in Christum, morbis liberantur, quia non om-
nibus prodest; attamen multos legimus, quibus etiam ad sani-
tatem profuit, credidisse; in hæresi autem obstinatis si talia non
contingunt, quid mirum? Miracula contemnitibus non pro-
funt. Maneant ergo leprosi, si nolunt esse miraculosi.

2. Ostendimus, Apostolos, ne propriæ virtuti miracula
tribuerent, sanitatem disertè, non in suo; sed in nomine IESV Suprà cap. 39.
CHRISTI Nazareni contulisse. Et quando sacerdotes super clau- S. 2. & 6.
do sanato statuentes eum in medio, interrogabant Petru & Ioannem:
In qua virtute, aut in quo nomine fecisti hoc vos? Tunc repletus Spi- Aðor. 4, 7.
ritu sancto Petrus dixit ad eos: Principes populi, & seniores audite: Si nos
hodie dijudicamur in beneficio hominis infirmi, in quo iste saluus fa-
ctus est, notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israel: quia in nomine
Domini nostri IESV CHRISTI Nazareni, quem vos crucifixistis, quē
DEVS suscitauit a mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. Hæc
est compensatio, nominis exaltatio. CHRISTVS humiliauit se- Phil. 2, 8.
metipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.
Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est
super omne nomen: ut in nomine IESV omne genu fleatur cælestium,
terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Domi-
nus IESV CHRISTVS in gloria est DEI Pater. Hinc damnati Spi-
ritus ad hoc nomen contremiscunt. Hinc morbi & dolores ce-
dunt. Nec enim aliud nomen est sub calo datum hominibus, in quo Aðor. 4, 12.
sopportat nos saluos fieri. In quam rem insignis historia narratur à
Nicephoro, vel ideo non omittenda, quia demonstrat, non so-
lùm morbos hoc nomine depulsos, sed etiam ea ipsa depulsione
regem, & reginam, & totum populum fuisse ad Christum con-
uersum.

Iberi, inquit Nicephorus, gens barbara & bellicosa, Christia- VI.
ni facti sunt, Constantino Romanum Imperium administrante. Habi- Nicephor. 1.8.
tat autem hac natio in intentiore Armenia parte ad Septentrionem & hist. Eccl.
Enzinum versus. Sunt autem Iberorum in Hispania coloni. Praijt cap. 34.
eis